ubi inter caetera exdividuntur bona Unitis ac Schis:
maticis additurque Clausula = Nos sed dum ex:
pectaremus assensum Sedis Aplicae, nec plurimus
tam cito obtinere, visum est connivientiam tan:
tum, et non in vim approbationis Iurium Schis:
matis, descendere ad certam, et firmam bonorum,
Ecclesiarumque exdivisionem = in hoc Diplomate
assignantur bona ad unionem Graecorum spectantia.
Metropolia Kiovien. Archiepatus, Epatus, Archi:
mandriae, Hegumenatus, quae Nobis rapiuntur modo.
Quemadmodum paucis ab hinc annis inaudito exem:
plo et crudelitate Epatus Premislien. quinque
millibus Ecclesiarum constans occupatus, non
sine magno totius Unionis et S. R. E. luctu; ac
proinde cogitandus erit modus Ill.mis DD. VV. de
vindicando, restituendoque Sedi Aplicae d. Epatu,
qui Constitutione 1641 perpetuis temporibus Unitis
cessit.
Vladislaviana pariter Iura Ss.mae roboravit Casimi:
rus Rex Antecessor Ser.mi Michaelis Regnantis;
Recentissime vero, Convocatio Regni aurea sub
tempus Interregni, alioqui turbidum, et procello:
sum, quando Schismata erigunt cristas, et haere:
tici libere loquuntur in favorem unitorum tu:
lit legem; videlicet omnes Immunitates, Iura
Privilegia Unitorum sacrosancte tuenda et
conservanda fore, et esse a Nobis, et Successo:
ribus Nostris. Idipsum Ser.mus modernus sancta